

in 6. J. cap. Si Clericus XI. de præb. in 6. neque ex-
spirant morte concedentis rescripta gratiæ, nisi conti-
neant gratiam faciendam aut factam quidem sed in fa-
vorem tertii, si res adhuc sit integra cap. si cui 37. §.
fin. de præb. in 6. aut si contineant hanc clausulam *ad*
beneplacitum nostrum. cap. si gratosè §. de rescr. in 6.
Aliud est si concessio sit facta: *ad beneplacitum sedis*
Apostolicæ vel sub clausulâ: *donec revocavero*; tunc
enim rescripta gratiæ vim perdunt, si per successorem
revocentur ut in cap. ult. de rescr. in 6.

DISPUTATIO XXI.

De lege æternâ naturali & humanâ.

EXaminandæ nunc sunt tres quasi species legis, qua-
rum altera alteri subordinatur eaque inferior est,
Lex humana subest legi naturali, cui non debet con-
trariari sed in eâ secundum congruitatem fundari, lex
naturalis subest legi æternæ, cujus est participatio.

QUÆSTIO I.

De lege æternâ.

DICO 1. *Lex æterna nihil aliud est quam ratio di-*
vinæ sapientiæ, secundum quod est directiva
omnium actuum & motionum. S. Th. hic Q. 32.
a. 1. O.

Explicatur Conclusio dicitur 1. *Ratio*: quâ denota-
tur legem æternam formaliter esse dictamen rationis
juxtâ essentiam legis ut sic, quæ est formaliter in solâ
ratione sita. Dicitur 2. *Divinæ sapientiæ*: in mente
seu ratione divinâ quoad præsens hæc tria distingui pos-
sunt: imprimis intellectio & cognitio rerum omnium
sive actu existentium sive duntaxat possibilium. Dein-
de ratio divinæ sapientiæ, quatenus habet rationem
artis vel exemplaris sive ideæ, per quam cuncta sunt crea-
ta. Demùm eadem ratio divinæ sapientiæ, quatenus
diti-

XX.
ordinario onto-
na reddatur in-
rasuram, can-
to factam, cum
cap. licet §. de
altrum.
obstare, hinc in
, quod est con-
pote expressam.
e off. deleg in re-
tam, non tenetur
indatum 38. cap.
intendit eandem

EFFICACIAM
O PRODESSE
rescripta iusti-
tur copia iudicis
rescriptum etiam
perdunt cap. Si
r. efficaciam ha-
sunt præsentat,
et jurisdictionem
item amittunt.
us partes citaverit
scribens moratur
&c. Aut si parti-
untiet, quod hinc
æ quocumque ten-
e vim & efficaciam
perfectam nulla con-
d beneficia eandem
obteneat rescriptum
iat, nisi interveniat
ap. tibi 12. de res-

dirigit aliquo modo res omnes in suos fines, quæ ratio absolutè spectata vocatur providentia divina; ut autem simul importat certum aliquem modum necessitatis sive simpliciter sive in ordine ad certum finem rebus, quas dirigit, adferre, sic habet rationem æternæ legis. Dicitur 3. *Directiva omnium actuum & motionum* (videlicet creaturarum in suos fines) scil. efficaciter directiva imponendo eis quandam necessitatem.

Definitio ità explicata convenit cum definitionibus desumptis ex S. Augustino: summa ratio in Deo existens, cui semper obtemperandum. Summa ratio, quæ justum est, ut omnia sint ordinatissima. Ratio vel voluntas Dei ordinem naturæ conservari præcipiens ac dissipari vetans.

Simpliciter & absolutè loquendo est una Lex æterna non solum ex parte subjecti: cum sit una simplicissima entitas divinæ essentiæ; sed etiam ex parte objecti: quia Lex æterna respicit res omnes sub unâ quâdam generaliratione, prout simul ordinantur ad manifestandam gloriam & sapientiam Dei.

Q. An Lex æterna ab æternò habuerit completam rationem legis?

R. Inprimis Lex æterna quatenus se extendit ad Creaturas ratione carentes, non est verè & propriè lex: quia respectu harum non est præceptum morale, nec est Regula actionum moralium aut liberarum: actiones enim non liberæ nequeunt esse propriè dirigibiles & ad medium Regulæ reducibiles, sed necessariò & naturaliter sunt tales, quales eliciuntur: atqui lex est præceptum morale, Regula dirigens & obligans; ergò Lex æterna respectu creaturarum irrationabilium rationem perfectam legis habere nequit.

Deinde lex æterna non habuit ab æternò rationem completam Legis, quatenus se extendit ad illa, quæ lege humanâ præcipiuntur: quia Deus ad illa non obligat,

DE LEGE Æ
pe, nisi mediante
interposita fuerit
primo obliganc
Legis; atqui a
humana; ergo.
Demum Lex æter
nature rationali p
natur, quamvis
nobis legis; q
bitur ad subdito
quæ sunt de ju
operam vim oblig
humanam legem
si illam scriptam
subditus advenie
niti de facto nullu
natur ex sua parte
ten, licet non eff
qui eam actu l
magis & notitia
Deus ordinavit
rationis dare, pe
, & ad legis co
tamen dicitur
proprie & pe
tando facta est prom
creaturis irrationalib
Non præcipit,
proprium actuum,
non præcipit perfectè
rationis infund
posse valeant.
DICO 2. Legem a
pro sua capacitate
per S. Th. hic C

ligat, nisi mediante Authoritate humanâ, & ideò, nisi hæc interposita fuerit, lex æterna non habet vim in actu primo obligandi subditos, quod pertinet ad rationem Legis; atqui ab æterno non fuit authoritas legislativa humana; ergo.

Demum Lex æterna, quatenus se extendit ad ea, quæ Creaturæ rationali per legem naturalem & divinam præcipiuntur, quamvis multis videatur habuisse rationem completam legis: quia Deus eam ab æterno intumavit & direxit ad subditos, ac proinde videtur lex æterna ea, quæ sunt de jure naturæ, præcipiens habuisse completam vim obligandi ab æterno; sicut enim Princeps humanam legem mente conceptam sat promulget, si illam scriptam in loco debito affigeret, ut quilibet subditus adveniens posset eam videre & intelligere, etiamsi de facto nullus eam legeret, ità etiam videtur Deus satis ex suâ parte promulgasse ab æterno legem naturalem, licet non essent ab æterno Creaturæ & subditi, qui eam actu legerent, nec daretur ab æterno promulgatio & notitia ex parte creaturarum; eo ipso, quod Deus ordinavit cuicumque Creaturæ rationali lumen rationis dare, per quam legem naturalem agnoscant, & ad legis cognitæ observantiam obligentur; facilius tamen dicitur: decretum illud divinum tunc primum propriè & perfectè rationem legis obtinuisse, quando facta est promulgatio externa: sicut enim Deus Creaturis irrationalibus juxta D. Ang. hic q. 93. a. 5. & 6. Non præcipit, nisi dum eis imprimit principia propriorum actuum, ità Deus creaturis rationalibus non præcipit perfectè & completè nisi tunc, cum iis lumen rationis infundit, per quod legem naturalem agnoscere valeant.

DICO 2. *Legem æternam etsi unusquisque cognoscit pro suâ capacitatem. . . nullus tamen eam comprehendere potest* S. Th. hic Q. 93. a. 2. ad 2.

Pro-

Probatur: Lex æterna est reipsâ idem cum divinâ essentiâ, ideòque eodem modo cognoscitur Lex æterna, quo Deus ipse cognoscitur; ipse verò ita cognoscitur, ut comprehensivè à nullâ creaturâ, quidditativè & intuitivè à solis beatis, abstractivè & in suo effectu ab omnibus Creaturis ratione utentibus cognoscatur: effectus enim & quædam participatio vel irradiatio legis æternæ est quælibet veritatis practicæ cognitio, quæ derivatur à lege æternâ; atqui veritatis practicæ cognitionem saltem quoad universalissima principia per habitum primorum principiorum practicoꝝ naturaliter omnes habent, ideoque ratione utentes legem æternam non quidem in se, nec quoad quæstionem *an est*, & *quid est*; sed ex parte objecti cognoscunt: quia agnoscunt, quid vi legis æternæ sit faciendum, cum quidquid ratio naturalis evidenter dicit esse faciendum, id ipsum quoque lege æternâ faciendum decernatur; & quia non omnes habent eandem rerum faciendarum cognitionem, lex æterna non eodem modo ab omnibus cognoscitur.

DICO 3. *Omnes leges in quantum participant de ratione rectâ in tantum derivantur à lege æternâ* S. Th. hic Q. 93. a. 3. O.

Probatur: regula 2da dependet, subordinatur & vim suam obligandi participat à Regulâ 1mâ, sicut causa physica in esse physico dependet à causa prima: primum enim in unoquoque genere est mensura & causa omnium, quæ sunt in illo genere; atqui omnis lex temporalis rectæ rationi conformis est regula secunda, lex autem æterna est prima & universalissima regula morum; leges temporales sunt leges per participationem, lex autem æterna est lex per essentiam, sicut Deus est ens per essentiam; ergo sicut entia temporalia totum suum esse habent ab ente per essentiam, ita omnes leges temporales totum suum esse habent à lege per Essentiam.

Porro

DE LEGE ET
Porro duobus mo
tur, imò in ge
tas legislativa à l
per me Reges reg
& Apost. ad
Deo, qui refli
ideoque omni
æterna est obterr
ularis; quia Lex
obligandi, nisi i
nam exemplari co
p. 1. Aliquando
malos, qui ta
er; ergo lex hu
æternæ; cum id,
permitterat.
Negando conse
tiva humana n
lex æterna, ut le
at, sed graviora t
multitudinis proh
illa, quæ vergit
leviora illa, à c
prædicti; Lex igitur
uniformatur legi æt
quæ lex æterna pr
directio non
ad omnia cunctæ
huiusmodi præ
mala prurumper
Q. 2. Quædam l
; probatur: a
aliter leges alio te
peribus diversa p
leges derivantur à l

DE LEGE ÆTER. NATUR. & HUM. § 12

Potro duobus modis Leges creatæ à lege æternâ derivantur. 1mò in genere causæ efficientis : quia omnis potestas legislativa à lege æternâ oritur, ut dicitur Prov. 8. *Per me Reges regnant & legum conditores justa decernunt* & Apost. ad Rom. 13. ait : *Non est potestas nisi à Deo, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit* ; ideoque omni superiori legitimè præcipienti ex lege æterna est obtemperandum. 2dò. in genere causæ exemplaris : quia Lex creata nulla est justa aut habet vim obligandi, nisi imitetur legem æternam, & eidem tanquam exemplari conformetur.

Obj. 1. Aliquando lex humana permittit actus intrinsicè malos, qui tamen per legem æternam prohibentur ; ergo lex humana non semper conformatur legi æternæ ; cum id, quod lex æterna prohibet, lex humana permittat.

R. Negando consequentiam : cum enim potestas legislativa humana non possit impedire omnia mala, dicat lex æterna, ut lex humana non omnia vitia prohibeat, sed graviora tantum, à quibus majorem partem multitudinis prohiberi moraliter est possibile, præsertim illa, quæ vergunt in nocumentum aliorum, non autem leviora illa, à quibus abstinent tantum viri virtute præditi ; Lex igitur humana permittens aliqua mala conformatur legi æternæ : quia non approbat peccata, quæ lex æterna prohibet, sed tantum non punit : cum sua directio non possit se tam universaliter extendere ad omnia cunctaque mala punienda : *alioquin imperfecti hujusmodi præcepta ferre non valentes in deteriora mala prorumperent* S. D. hic Q. 96. a. 2. ad 1.

Obj. 2. Quædam leges humanæ sunt sibi oppositæ ; probatur : quæ hoc tempore præcipiunt, quod aliæ leges alio tempore prohibent, & in diversis Regionibus diversa præcipiuntur ; ergo non omnes illæ leges derivantur à lege æterna ; quæ est unica.

4. Distinguendo sunt sibi oppositæ formaliter N. materialiter Con. Leges pro diversis temporibus & circumstantiis diversa rationabiliter præcipientes non sunt sibi contrariæ, ita ut una prohibeat idem sub eâ ratione, sub quâ altera præcipit, hinc possunt omnes derivari ab eadem lege æterna, cui conforme est, quod pro diversis circumstantiis diversa præcipiantur.

DICO 4. *Legi æternae subduntur omnia, quæ sunt in rebus à Deo creatis sive sint contingentia sive sint necessaria* S. Th. hic Q. 93. a. 4. O.

Probat: quia ad easdem res pertinet lex æterna, ad quas pertinet ratio divinæ providentiæ & gubernationis à lege æterna non nisi ratione distincta; atqui divina providentiæ & gubernatio pertinet ad omnes res creatas; ergo omnes res creatæ non tantum quoad operationes, sed etiam quoad ipsam suam naturam legi æternæ subjiciuntur, cum hac tamen distinctione specialiter notanda: 1. Irrationales creaturæ legi æternæ eatenus subjiciuntur, quatenus ab Authore naturæ Deo impressas habent naturales inclinationes veluti Principia quædam ad proprios actus perficiendos; Creaturæ verò rationales non tantum hac ratione generali omnibus Creaturis communi legi æternæ subjiciuntur, sed simul hac speciali: quatenus vid. cognitio divinæ legis eorum mentibus saltem in habitu primorum principiorum practicorum est impressa. Ex quo.

Sequitur 1. Quod creaturæ irrationales & ipse homo secundum naturam suam præcisè & cætera, quæ ejus arbitrio non subjiciuntur, legi æternæ naturali obtemperent quadam necessitate, & nulla res vel causa naturalis est, quæ aliter agere possit, quam lex æterna ordinaverit: quia, quantumvis res naturales quandoque suos fines particulares non assequantur & in essendo vel operando deficient, hoc ipsum tamen

Au-

DE LEGE A
 author nature ab
 manifestandas suas
 1. Creaturæ ver
 in libero arbitrio
 tæ subjiciuntur
 os nulli perfectiu
 res subjiciuntur
 a minuatam, e
 nos cognitionem
 quod est con
 tinge perfectius
 quæ licet autem pe
 ra, alia tamen r
 in nimirum hæc
 ta est, & ob h
 legis æternæ pe
 ator deficit à le
 tum in illam i
 ipsum peccatur
 formaliter, qu
 tæ procedit, sed
 tæ consequentis p
 Q. An lex ætern
 a. Negative. Rat
 mendum se & suam
 tati non potest,
 pure materiæ, q
 est dubium, qu
 tiam possit unive
 tem æternæ legi
 mudi ad res creat
 tollere.
 Ratio secundæ pa
 ticulari, est leger
 tiantis definire
 1. 2. Theol. Sch

Author naturæ ab æterno propter bonum universi & ad manifestandas suas perfectiones ab æterno præordina- vit; Creaturæ verò intellectuales quoad ea, quæ eo- rum libero arbitrio subsunt, propriâ voluntate legi æternæ subjiciuntur & obtemperant. 2dò. Inter Crea- turas justî perfectius legi æternæ, quam injusti & pec- catores subjiciuntur: quia Creatura rationalis, ut sta- tum insinuat, eatenus legi æternæ subjicitur, qua- tenus cognitionem Legis æternæ & inclinationem ad id, quod est consonum legi æternæ, sequitur; atqui id longè perfectius justî perficiunt, quam peccatores, ergo, licet autem peccator peccando à lege æternâ de- ficiat, aliâ tamen ratione rursus in eam incidit, qua- tenus nimirum hæc permissio peccati à Deo lege æternâ decreta est, & ob hoc ipsum peccatum peccator ex de- creto legis æternæ pœnæ est obnoxius, & ità, quantum peccator deficit à lege æternâ, quatenus præcipiens est, tantum in illam incidit, quatenus puniens est. Quin- imò ipsum peccatum subjicitur legi æternæ, non qui- dem formaliter, quatenus ab humanâ voluntate defi- ciente procedit, sed tum ratione permissionis, tum ra- tione consequentis pœnæ.

Q. An lex æterna mutari vel dispensari possit.

R. Negativè. Ratio primæ partis est: quia lex æterna secundum se & suam entitatem est ipsa ratio divina, quæ mutari non potest, quamvis ex parte obligationis & ex parte materiæ, quam præscribit, sit mutabilis: quia non est dubium, quod Deus per absolutam suam po- tentiam possit universum mundum annihilare, & ità omnem æternæ legis obligationem actualem, quæ non nisi ad res creatas & existentes se extendit, univer- sum tollere.

Ratio secundæ partis est: quia in lege æternâ propriè dispensari, est legem æternam manentibus eisdem cir- cumstantiis desinere obligare; atqui lex æterna in eis-

dem circumstantiis & eodem tempore, pro quo semel obligabat, non potest desinere obligare: tunc enim divina ratio mutaretur; attamen improprie potest in lege æternâ dispensari: quia fieri potest, ut qui uno tempore & in certis quibusdam circumstantiis tenebatur aliquid ex lege æternâ facere, postea alio tempore & in aliis circumstantiis non teneatur facere; ut constat de lege Mosaicâ, cujus obligatio tempore novi testamenti desit.

QUÆSTIO II.

An, & quid, & circâ quid sit lex naturalis?

DICO 1. *Inter cetera rationalis Creatura excellentiori quodam modo divine providentiæ subiacet. . . Unde & in ipsa participatur ratio aeterna, per quam habet naturalem inclinationem ad debitum actum & finem S. Th. hic Q. 91. a. 2. O.*

His S. D. probat dari legem naturalem ex discursu ad Rom. 2. ubi de gentibus, quæ legem positivam non habebant, & tamen faciebant ea, quæ legis sunt, dicit Apost. quod ipsi sibi fuerint lex. Et ex ps. 4. ubi: *multi dicunt quis ostendit nobis bona?* his responderetur: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine;* quod exponit de lumine naturalis rationis ad legem naturalem pertinente, per quod discernitur: quid sit bonum, quid malum, supposito igitur, quod detur lex naturalis.

DICO 2. *Participatio legis aeternæ in Creaturâ rationali proprie lex vocatur S. Th. loc. cit. ad 3.*

Explicatur; si in lege naturali consideretur vis radicalis obligandi, est ex parte Dei ipsa lex æterna sive imperium Dei obligans creaturam intellectualem ad ea facienda, quæ ob necessariam cum illâ quâ tali convenientiam sunt debita fieri, ad ea omittenda, quæ ob necessariam cum tali disconvenientiam sunt debita omitti.

Pro-

DE LEGE A
 Probatur; Ori
 ratio rationis l
 nos obligat: atq
 Deo; Deus e
 intellectual
 obligare no
 ergo lex i
 obligat ne
 natura intel
 necessariò
 & e
 mala:
 rationalis
 libentur.
 Si in D
 juris natur
 non lib
 nobis citra De
 quia ve
 ad extra.
 Quod Deus a
 naturæ, præci
 intellectu
 illam no
 juris naturæ, n
 voluerit creat
 debuit illam a
 licet enim v
 ad extra, p
 suppositione;
 æternam be
 promissionem;
 hominem il
 non potest no
 cognosc

Probatur: Omnis Lex ut in Legislatore existens est ordinatio rationis sive imperium, quo Legislatores subditos obligat: atqui Lex naturalis existit in Deo ut Legislatore: Deus enim ut Author naturæ est superior naturæ intellectuali: ipsa enim natura intellectualis seipsam obligare non potest: cum non sit sibi ipsi superior; ergo lex naturalis est imperium, quo Deus subditos obligat nempe ad illa, quæ ob necessariam cum natura intellectuali, quæ tali con-vel disconvenientiam necessariò sunt facienda vel omittenda, adeòque intrinsicè & ex suâ naturâ fundamentaliter sunt bona vel mala: hoc est: ex hypothese existentis creaturæ rationalis necessariò à Deo imperantur vel prohibentur.

Dices I. Si in Deo detur imperium obligans ad ea, quæ sunt juris naturæ, vel illa Deus præcipit liberè vel necessariò; non liberè: quia sic illud imperium non posset nobis citra Dei revelationem promulgari; non necessariò: quia voluntas Dei est libera in omnibus actibus ad extrâ.

R. Quod Deus absolutè & simpliciter illa, quæ sunt juris naturæ, præcipiat liberè: quia liberè producit creaturam intellectualem, cui illa præcipit, adeòque, sicut potuit illam non producere, ita potuit ea, quæ sunt juris naturæ, non præcipere; ex hypothese tamen, quod voluerit creaturam rationalem producere, necessariò debuit illam ad ea, quæ sunt juris naturæ, obligare: licet enim voluntas Dei sit liberâ in omnibus actibus ad extrâ, potest tamen esse necessaria factâ aliquâ suppositione; sic supposito, quod Deus velit promittere æternam beatitudinem, vult necessariò servare promissionem; eodem modo suppositâ voluntate creandi hominem illique dandi iudicium & usum rationis, non potest non velle illi prohibere, quæ homo naturaliter cognoscit, ita naturæ suæ repugnare, ut

sint debita omitti, & illa præcipere, quæ homo naturaliter cognoscit ita naturæ suæ convenire, ut sint debita fieri; illa enim non prohibere, & hæc non præcipere repugnat divinæ bonitati & sapientiæ, ex quibus constat differentia legis naturalis à lege divinâ positivâ: quod lex divina positiva sit liberè posita per voluntatem liberam etiam suppositâ existentiam creaturæ rationalis; Lex verò naturæ sit per voluntatem necessariam suppositâ existentiam creaturæ rationalis.

Dices 2. Videtur superflua lex naturalis: quia antecedenter ad talem legem illa, quæ sunt intrinsecè mala: ut odium Dei, mendacium, sunt mala moraliter; cum pro illo priori, quo intellectus divinus per scientiam simplicis intelligentiæ cognoscit v.g. Odium Dei vel mendacium, cognoscit illa esse opposita divinæ bonitati vel veritati, adeoque creaturæ rationali disconvenientia, & posito per impossibile, quod Deus non esset, adeoque nec lex naturalis esset in Deo, adhuc mendacium esset malum morale & contra legem, quia esset disconveniens creaturæ rationali.

R. Negando sequelam: quia illa, quæ sunt intrinsecè mala, antecedenter ad legem æternam sunt mala fundamentaliter, quatenus sunt talia, ut suppositâ existentiam creaturæ intellectualis debeant prohiberi, ideoque facta suppositione impossibili: non dari Deum, mendacium non foret formaliter malum, sed tantum fundamentaliter; pro illo priori, quo intellectus divinus per scientiam simplicis intelligentiæ cognoscit mendacium vel odium Dei, cognoscit illa esse mala per modum cujusdam essentiæ possibilis, non autem per modum exercitii, quia pro illo priori nondum datur oblitio illa omittendi sub aversionis Dei vel pænæ alicujus incurfu.

DICO 3. *Aliquid potest dici esse habitus dupliciter uno modo propriè & essentialiter, & sic lex naturalis*

est habitus.

habitu tenetur.

quod lex natura

Sive lex natura

prædictum, quo

rationalem

ab Authore na

Probatur. Lex

prædictum, quo

more mandatur

omittendum; qui

in Legislatore

in actu secund

lex in Legislato

existens in subd

is est dictamen,

omittendum ta

men per legem na

quæ mensura ob

id in intrinsecè b

intellectualis voc

alis in subdito si

et etiam ipse intell

quæ sunt Ss. PP.

ratio nobis inlit,

ordibus nostris,

per, eo ipso, quo

Ex quibus sequi

libido, distingui

orum principioru

bus ab actu; synd

di actus & practicu

conscientiâ: quia t

et nunc sit faciendu

et regula universali

ta.

non est habitus. . . Alio modo potest dici habitus id, quod habitu tenetur. . . Secundum hunc modum potest dici, quod lex naturalis sit habitus S. Th. hic Q. 94. a. 1. O. Sive lex naturalis ut in subditis existens est dictamen practicum, quo quis judicat, quid secundum naturam rationalem sit debitum fieri vel omitti, adeoque ab Authore naturæ imperatum vel veritum.

Probatur. Lex ut in subdito existens est iudicium practicum, quo subditus judicat aliquid tanquam à superiore mandatum vel prohibitum faciendum esse vel omittendum; quia tale dictamen applicat subditis legem in Legislatore existentem, & mediante tali iudicio Lex in actu secundo exercet suam vim obligandi, & sicut lex in Legislatore est dictamen intellectus, ita etiam lex existens in subditis; ergo etiam lex naturalis in subditis est dictamen, quo quis judicat faciendum aliquid vel omittendum tanquam præceptum lege naturali. Si tamen per legem naturalem in subdito existentem intelligatur mensura objectiva, juxta quam quis judicat: quid sit intrinsecè bonum vel malum, posset ipsa natura intellectualis vocari Lex naturalis. Item, si Lex naturalis in subdito sumatur causaliter vel efficienter, potest etiam ipse intellectus dici Lex naturalis, & ita intelligendi sunt Ss. PP. quando dicunt, quod Lex naturæ ab initio nobis insit, quod sit indelebilis, quod maneat in cordibus nostris, quod solum Deum pro Authore habeat, eo ipso, quo naturæ nostræ Author & Creator est.

Ex quibus sequitur. Legem naturalem prout est in subdito, distingui imprimis à Synderesi sive habitu primorum principiorum practicorum, quemadmodum habitus ab actu: synderesis enim est habitus, lex naturalis est actus & practicum iudicium, deinde distinguitur à conscientia: quia hæc est dictamen intellectus, quid hic & nunc sit faciendum vel omittendum, lex verò naturæ est regula universalis de agendis vel omittendis in communi.

DICO 4. *Omnia illa facienda vel vitanda pertinent ad precepta legis naturæ; quæ ratio practica naturaliter apprehendit esse bona humana. . . . & contraria eorum ut mala & vitanda* S. Th. hic Q. 94. a. 2. O sive; Omnis illa actio præcipitur à lege naturali, quæ cum naturâ intellectuali quâ tali habet tantam convenientiam, ut recta ratio dicter eam esse debitam fieri; & omnis actio prohibetur à lege naturali, quæ cum illa tantam habet inconvenientiam, ut recta ratio dicter illam esse debitam omitti.

Probatur: nisi Deus per legem naturalem illos actus præciperet aut prohiberet, non judicaretur à nobis esse infinite sapiens, bonus &c. quia divinus intellectus, sicut non potest non judicare vera, quæ sunt essentialiter vera & esse falsa, quæ essentialiter sunt falsa. eò quod opponantur infinite suæ perfectioni physicæ, ita non potest non judicare esse bona vel mala, quæ essentialiter sunt talia, eò quod opponantur suæ perfectioni morali, sive sanctitati, & sicut Deus necessario est determinatus ad diligenda divina sua attributa, ita necessario est determinatus ad odio habendum & prohibendum lege æternâ, quidquid suis attributis contrariatur, his autem contrariantur actiones illæ, quæ cum natura intellectuali quâ tali convenientiam non habent; sic odium Dei contrariatur summæ ejus bonitati & amabilitati, non enim esset Deus infinite bonus, si liceret eundem odisse; mendacium contrariatur infinite ejus veritati & fidelitati, non enim esset Deus infinite verus & fidelis, si liceret mentiri & sic de cæteris; ergo necessario est in Deo dictamen hæc prohibens, quod est lex æterna, sive lex naturalis prout est in Legislatore, Deus autem hujus dictaminis radios non potest non communicare Creaturæ rationali, quæ communicatio & impressio sive transcriptio est lex naturæ prout est in subditis; quia quod convenit

con-

aturæ rationali
convenire omni
nalis est, ergo
gis æternæ vel na
naturans est, ita
naturæ rationali
Porro potest a
convenientiam vel
nali, ita ut rec
omitti, 1. A
lis, sic, quod l
est conveniens
mala. 2. Ille
lectuali, pote
naturæ ration
tio est naturalit
voluntate huma
o æternam introd
involvit natural
ionali, ita ut rat
omitti, quæ
Dominio noi
Deus elevavit h
fecit eum ex libe
naturæ humana ho
elevatione sup
nali, ut Deo re
Deum ut finem
em speret, eund
cultatione Sacran
naturæ naturalis dictat
naturæ. Quamvis
sive sine supernatur
supposito precepto
dicte dicant, sunt

naturæ rationali quâ tali, ut talis est, non potest non convenire omni naturæ rationali eo modo, quo rationalis est, ergo cum Deo conveniat istud dictamen legis æternæ vel naturalis, ut Deus naturam rationalem naturans est, ita debet illud dictamen communicari creaturæ rationali, ut natura rationalis naturata est.

Porro potest aliquid duobus modis habere talem convenientiam vel disconvenientiam cum creaturâ rationali, ita ut recta ratio dictet illud esse debitum fieri vel omitti. 1. Absolutè & consideratis solùm naturalibus; sic, quod Deus sit colendus, parentes honorandi, est conveniens homini considerato solùm secundum naturalia. 2. Illud, quod est conveniens Creaturæ intellectuali, potest aliquid supponere à liberâ vel Dei vel creaturæ rationalis voluntate profectum, quo supposito est naturaliter conveniens; sic dominium rerum à voluntate humanâ est introductum & profectum, illo autem introducto acceptio rei alienæ invito Domino involvit naturalem disconvenientiam cum creatura rationali, ita ut ratio dictet hanc acceptionem esse debitam omitti, quæ acceptio non introducto jure gentium Dominio non disconveniret creaturæ rationali; sic Deus elevavit hominem ad statum supernaturalem & fecit eum ex libera sua voluntate, absque hoc, quod natura humana hoc exigeret, capacem æternæ gloriæ, quâ elevatione suppositâ est conforme rectæ rationi naturali, ut Deo revelanti supernaturalia homo credat, ad Deum ut finem supernaturalem ordinatus in eundem speret, eundem diligat. Eodem modo suppositâ institutione Sacramentorum lex naturæ obligat & ratio naturalis dictat, ne irreverenter Sacramenta suscipiantur. Quamvis igitur similia præcepta præsuppositivè sint supernaturalia, attamen respectu illius, quod supposito præcepto vel institutione supernaturali immediatè dictant, sunt omninò connaturalia.

Obj. 1. Juxtà L. 1 ff. de jure & just §. 3. lib. 1. tit. 1. *Jus naturale est, quod natura omnia animalia docuit:* quod autem natura omnia animalia docuit, est commune homini cum bruto ut: educatio & sustentatio proles, conservatio sui ipsius Ergo non omnia convenientia & disconvenientia creaturæ rationali quæ tali sunt sub præcepto legis naturæ.

R. Distinguendo ant. Jus naturale prout significat inclinationem naturalem in bonum individui vel speciei regulatam cognitione sensitiva, est quod natura omnia animalia docuit Con. prout significat judicium regulans obligatoriè in iis, quæ naturæ convenient N. Theologi strictiùs sumunt jus naturale, quam Juristæ: quia multa sunt soli homini propria (v.g. Cultus Dei) quæ sub legem naturæ cadunt & dictantur à recta ratione ut debita fieri vel omitti, & non conveniunt brutis nequidem materialiter.

Obj. 2. Omnes actus virtutum sunt conformes rectæ rationi & naturæ rationali convenientes, & tamen non cadunt sub legem naturæ: multi enim actus virtutum sunt tantum de consilio ut: virginitas.

R. Distinguendo subsump. Non cadunt sub legem naturæ obligantem, ut fiant absolutè Con. obligantem, ut si fiant, debitè fiant N. Actus illarum virtutum, qui non sunt de præcepto, sed solum de consilio v.g. Virginitas: pertinent ad jus naturæ, quatenus, si fiant, debent virtuosè fieri: dictat enim ratio naturalis, quod homo, si operetur, id faciat ut homo vel secundum formam suam scil. animam rationalem, adeoque conformiter rectæ rationi operetur, quod est virtuosè operari; unde lex naturalis non præcipit omnes actus virtutum secundum suam speciem scil. ut absolutè secundum suam speciem ponantur, sed conditionatè secundum rationem genericam virtuosè. Ut
nem-

DE LEGE Æ
pe, si pone
S Th hic Q
elle de lege nat
victiosi sunt co
bet, ne hon
contra legem r
minus sunt ce
ffimo, quo ill
a, à quibus c
me; sic occide
entum, qua
tionem.

QU

lex natura po
no intelligentia
legis naturæ ali
secundaria, qu
siones ex prin
re remotus ex pri
dicuntur. Univ
præceptum h
& amandus, c
sicut finis præ
trum; Deus no
dicuntur præcepta
præcepto: di
atenus præcipit c
atenus tamen cer
positivi. Circè
nos ordinat
proximum.
negativum
dominante con
præceptum affirma

nempe , si ponantur , fiant virtuosè , & hoc sensu S. Th. hic Q. 94. a. 3. docet omnes actus virtutum esse de lege naturæ ; in simili sensu etiam omnes actus vitiosi sunt contrà legem naturæ , quatenus hæc prohibet , ne homo vitiosè operetur , non tamen sunt contrà legem naturæ illos in specie prohibentem, multò minus sunt contrà legem naturæ illo modo specialissimo, quo illa peccata dicuntur repugnare legi naturæ , à quibus omnia entia aut saltem animalia abhorrent ; sic occidere se ipsum est contrà naturam omnium entium , quæ naturaliter inclinatur ad sui conservationem.

Q U Æ S T I O III.

An lex natura possit dispensari, mutari, ignorari ?

PRO intelligentia dicendorum suppono 1. Præcepta legis naturæ alia sunt universalissima sive primaria, alia secundaria, quæ ex primis & universalissimis velut conclusiones ex principiis deducuntur ; alia remotiora, quæ remotiùs ex primis principiis & difficiliori discursu deducuntur. Universalissima præcepta circa Deum sunt: præceptum hoc affirmativum , Deus est colendus & amandus , quod præceptum aliis præsupponitur , sicut finis præsupponitur mediis ; præceptum negativum ; Deus non est offendendus ; ex quibus deducuntur præcepta primæ tabulæ in Decalogo excepto tertio præcepto : diem Sabbathi sanctifices ; licet enim quatenus præcipit colendum Deum , sit juris naturæ, quatenus tamen certum diem determinat , est juris divini positivi. Circà nos ipsos præceptum affirmativum est , ut nos ordinatè amemus minus quam Deum æquè quam proximum, plùs, quam cæteras Creaturas. Præceptum negativum est : ne nos amemus inordinatè ex prædominante concupiscentiâ , circà proximum est præceptum affirmativum : diliges proximum sicut te

ipsum, quod vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Præceptum negativum: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris; ex his deducuntur præcepta secundæ tabulæ Decalogi: quia ex ordinato amore sui & proximi deducuntur præcepta, quæ sunt de proximo non lædendo. Circà reliquas creaturas præcipitur, ut amentur propter Deum; demum omnia hæc legis naturæ præcepta reduci possunt ad unum aliquod universalissimum, nam, sicut principia speculativa reducuntur ad hoc primum principium: impossibile est idem esse & non esse. Ità omnia principia practica reducuntur ad hoc unicum: declina à malo & fac bonum.

Suppono 2. Ignorantia juris alia est practica, alia est speculativa: ignorantia speculativa est error in intellectu istius, qui apprehendit rem aliter ac est in se sine ullo respectu & ordine ad opus; hæc ignorantia etiam in materiâ juris naturalis sæpè invincibilis est: sic sunt multa in materiâ de contractibus, censibus, restitutione &c.; quæ à viris etiam doctissimis inculpate apprehenduntur ut licita, quæ tamen reverà sunt illicita: quia sæpè, maximè in obscurioribus, falsa sunt probabiliora veris: ignorantia practica est, quando est error in intellectu in ordine ad opus aliquod faciendum, quo videlicet volens operari judicat hic & nunc licite fieri, quod in se illicitum est.

DICO 1. *Lex naturalis, in quantum continet præcepta communia, quæ nunquam fallunt, dispensationem recipere non potest* S. Th. hic Q. 97. a. 4. ad 3.

Probatur: dispensare proprie est legis obligationem pro casu & persona particulari remittere lege adhuc cæteros obligante, atqui quantum ad præcepta communia (quæ de se ad legem naturalem pertinent) Deus legis naturæ obligationem pro casu & personâ particulari remittere non potest: quia, quæ lege naturali præ-

DE LEGE Æ
cipiuntur vel p
ter vel bona vel
alia, quæ autem
non possunt
verbalissimo & in
bonam. Di
potest dispensati
illicet quando
ad quod lex f
mora; atqui e
antur, potest
obligor reddere
tum depositum r
i de iuramentum
re.
CO 2. Lex na
Q. 94. a. 5. O.
notatur: Si lex
licitum, quod le
licitum. Sed con
Mi, probatur
mendacium poss
dicare mendaciu
licitati contrari
em naturalem pro
e, ac quod Deu
perfectionem n
potest à Deo mu
Ov. 1. Omnis Le
, & qui tulit
est Legislator le
pe, vel in illâ c
re.
a. Maj. esse veram
voluntarie fertur

præcipiuntur vel prohibentur, sunt intrinsecè & essentialiter vel bona vel mala, adeoque non possunt non esse talia, quæ autem non possunt non esse bona vel mala, non possunt non esse facienda vel vitanda ex illo universalissimo & indispensabili principio: *declina à malo & fac bonum.* Dixi propriè: quia lex naturæ impropiè potest dispensari, dum ex parte materiæ lex mutatur, scilicet quando illud materialiter spectatum, mutatur, ad quod lex sub certis circumstantiis obligabat, vel contra; atqui ex parte rerum, quæ legi naturali subjiciuntur, potest fieri talis mutatio: sic lege naturali obligor reddere depositum, si tamen deponens gladium depositum repetens sit furiosus vel illo abusus in detrimentum mei vel tertii, non obligor illum reddere.

DICO 2. *Lex naturæ est omninò immutabilis S. Th. hic Q. 94. a. 5. O.*

Probat: Si lex naturalis mutari posset, ergò posset fieri licitum, quod lege naturali aliàs fuit illicitum v.g. mendacium. Sed consequens est falsum, ergo & antecedens. Mi. probatur: si de jure naturali hæctenus illicitum mendacium posset fieri licitum, posset divina ratio judicare mendacium non esse malum & suæ infinitæ veritati contrarium, idem est de quovis alio per legem naturalem prohibito, sed hoc est æque impossibile, ac quod Deus judicet se non esse veracem aut aliam perfectionem non habere, ergo lex illa prohibens non potest à Deo mutari.

Obj. I. Omnis Legislatores potest legem suam abrogare, &, qui tulit legem, in illâ dispensare: atqui Deus est Legislatores legis naturæ; ergo potest illam abrogare, vel in illâ dispensare, adeoque eam propriè mutare.

R. Maj. esse veram de Legislatore legis positivæ, quæ, sicut voluntariè fertur, ità etiam per voluntatem Legis-

gislatoris tolli vel in toto vel in parte potest; Legislator autem legis naturæ suppositâ voluntate creandi naturam intellectualem necessariò fert legem naturalem, ideòque illam tollere nequit.

Obj. 2. Deus jussit Gen. 22. occidi innocentem Isaac à Patre Abraham Exod. XI. ab Hebræis spoliari Ægyptios; Exod. 1. remuneravit obstetrices Ægyptiorum ob mendacium factum in favorem Israelitarum. Oseæ 1. mandavit Prophetæ Oseæ, accipere mulierem fornicariam, atqui hæc omnia sunt jure naturæ prohibita; ergo Deus in illis casibus particularibus mutavit legem naturæ ejusque obligationem sustulit.

R. Ad 1. Jure naturæ est prohibita occisio innocentis, quæ fit privatâ Authoritate; Deus autem supremus Author & absolutus Dominus vitæ & necis utendo Dominio suo absoluto præcipere potuit occisionem innocentis Isaac Abrahamo. Ad 2. Furtum est ablatio rei alienæ invito Domino, Ægyptii autem voluntariè dederant mutuò Israelitis vasa aurea & argentea, quorum proprietatem Deus supremi Domini jure postmodum transtulit in Israelitas, tum in recompensationem laborum, quos tanto tempore Ægyptiis sine mercede præstiterant; tum quia Ægyptii abutendo vasis istis ad Idololatriam sese eorum dominio indignos fecerant; spoliatio igitur Ægyptiorum non fuit furtum nec repugnans juri naturæ. Ad 3. Deus non approbavit mendacium obstetricum, quod repugnabat juri naturæ, sed remuneravit aliquo præmio temporali bonam intentionem conservandi parvulos Israelitarum in vitâ, quos Pharaon occidi jusserat, ex quâ intentione mendacium protulerunt. Ad 4. Juxtâ sententiam veriore interpretum Prophetæ Oseas mediante legitimo Matrimonio accessit ad mulierem fornicariam, ideoque filii ex eâ nati filii fornicarii sunt appellati per ampliationem, quia mater filiorum ante contractum

Ma-

DE LEGE
 Matrimonium cu
 Matrimonio à su
 prius fornicat
 Obj. 3. Adminu
 natura repugn
 Matrimon fororis c
 Matrimon uxoru
 Matrimon Judæis. 4
 Matrimon; atqui hæc
 Matrimon
 Ad 1. Matrim
 Matrimon naturæ pr
 Matrimon ad pro
 Matrimon permisit tant
 Matrimon, quando tale
 Matrimon servationem &
 Matrimon. § 3. Deus
 Matrimon ora hominum
 Matrimon uxorum &
 Matrimon veret absolutum
 Matrimon Domino
 Matrimon erant concedere,
 Matrimon rem ductam pe
 Matrimon, ut unus una
 Matrimon sit repudiare. F
 Matrimon: quemadr
 Matrimon istum alicujus
 Matrimon tiorem, prout ij
 Matrimon potest mutua maj
 Matrimon ere potuit; sic
 Matrimon mo aliter utatur
 Matrimon, sic suppo
 Matrimon est contra jus
 Matrimon positâ conce
 Matrimon jus naturæ. A

Matrimonium cum Oseâ fornicaria fuerat. Sive sine matrimonio à supremo Domino jus in corpus ejus, quæ prius fornicaria fuerat, accepit juxtà alios.

Obj. 3. Ad minus Deus permittere potest aliqua, quæ juri naturæ repugnant, sic enim 1^{mò}. permisit matrimonium sororis cum fratre. 2^{dò}. Polygamiam sive pluralitatem uxorum Patriarchis. 3^{tiò}. Libellum repudii Judæis. 4^{tò}. Usuram & fœnerationem iisdem; atqui hæc omnia Jure naturæ sunt prohibita; ergo.

R. Ad 1. Matrimonium inter fratres & sorores non erat jure naturæ prohibitum tunc, quando illud erat necessarium ad propagationem generis humani, Deus autem permisit tantum id filiis ab Adamo genitis immediate, quando tale matrimonium necessarium erat ad conservationem & propagationem generis humani.

Ad 2. & 3. Deus per potestatem dominativam super corpora hominum potuit aliquando permittere pluralitatem uxorum & libellum repudii: sic, cum Deus haberet absolutum dominium in corpora, illique ut supremo Domino subessent omnia jura matrimonii, poterat concedere, ut unus duceret plures uxores aut uxorem ductam posset repudiare, sicut de facto concessit, ut unus unam ducat & hanc semel ductam non possit repudiare. Ratio hujus sumitur à supremo Domino: quemadmodum enim Dominus temporalis mihi usum alicujus rei concedere potest majorem vel minorem, prout ipsi libuerit, ità Deus conjugibus in corpora mutua majorem vel minorem potestatem concedere potuit; sicut igitur est contra jus naturæ, quod homo aliter utatur re concessa, quam Dominus concesserit, sic suppositâ concessione pluralitatis uxorum, non est contra jus naturæ ducere plures uxores, quod tamen positâ concessione ducendi tantum unam est contra jus naturæ. *Ad 4.* Si Deus permiserit Judæis fœ-

ne-

nerationem permissione approbatiuâ, non tantum toleratiuâ, poterant Judæi absque læsione juris naturæ ab alienigenis aliquid in mutuo ultra sortem accipere jure donationis, quo Deus ab alienigenis partem domini bonorum temporalium in Israelitas transtulerat.

Obj. 4. Potestas legislativa humana in pluribus casibus mutavit obligationem legis naturalis; ergo multo magis id facere poterit potestas legislativa divina, unde formaliter legis naturalis obligatio derivatur; ant. probatur 1. Jure naturæ omnia bona fortunæ fuerunt communia, hoc mutavit jus Gentium introducendo divisionem bonorum. 2. Factâ rerum divisione quisque in rem suam jus proprietatis habet jure naturæ, huic juri derogatur jure positivo concedente per præscriptionem transferri dominium invito Domino, 3. Personalis residentia Parochorum & Episcoporum est de jure naturæ, ut videtur probari ex Trid. de quo nos 2.2. in hac tamen personali residentia sæpius ab Ecclesia dispensatur. 4. Facto voto est obligatio juris naturalis & divini exsolvendi votum, & tamen in voto dispensat S. Pont. 5. Matrimonia clandestina solo jure naturæ spectato valida sunt & tamen per Trid. annullata. 6. Ad convincendum reum & probandam plenè veritatem sufficiunt jure naturæ duo testes, & tamen jure positivo quandoque plures requiruntur testes.

R. ad 1. Jure naturæ permissivo erant bona communia non jure præceptivo, lex naturæ permittebat communitatem bonorum, eam tamen non præcipiebat, ideoque consensu communitatis bonorum communitatem per divisionem tolli lex naturæ permittebat. *Ad 2.* Facta bonorum divisione quilibet habet jus proprietatis in sua bona, cum dependentia tamen à jure alto communitatis, quæ idè bono communi id exigente

jus

DE LEGE
 proprietatis in
 confidentem be
 et. Ad 3. A
 sunt jure n
 illibus circum
 illis prohibita,
 ai, quod non
 licia Pasto un
 no, potest tam
 item ob circu
 utilitatem vel t
 eriam, quæ
 ne legis, sec
 in talibus ci
 ro: non oc
 bus licet occid
 si occidendu
 promissario ob
 est obligatio sta
 noventis, ex
 hui, sit subjec
 Ecclesie in casu
 vel commutandi
 tractam, quod e
 Ad 5. Eccl
 non mutavit ju
 monium Clau
 subsistebat contr
 abatur, postquar
 tem, sine qua co
 et matrimonium,
 competit non tai
 cipi, qui adde
 tractui facit, ut i
 tem juris naturæ it

jus proprietatis invito proprietario per præscriptionem
 in possidentem bona fide à longo tempore transferre
 potest. *Ad 3.* Aliqua, quæ de se & secundum suam
 speciem sunt jure naturæ prohibita, possunt in indivi-
 duo talibus circumstantiis vestiri, in quibus non sunt
 amplius prohibita, idque à Deo vel ab homine potest de-
 clarari, quod non est propriè dispensare, sic personalis
 residentia Pastorum, quamvis sit de jure naturali &
 divino, potest tamen superior humanus declarare huc
 hominem ob circumstantiam impotentiae, aut maio-
 rem utilitatem vel necessitatem Ecclesiæ non teneri ad
 residentiam, quæ declaratio non est exemptio ab ob-
 ligatione legis, sed nuda declaratio, quod non con-
 tineatur in talibus circumstantiis sub lege, simile est in
 præcepto: non occides, possunt dari circumstantiæ,
 in quibus licet occidere: ut in Bello justo, si Deus ju-
 beat, si occidendus sit malefactor. *Ad 4.* Remit-
 tente promissario obligationem promissionis, non am-
 plius est obligatio standi promissioni, cum igitur vo-
 luntas voventis, ex quâ oritur obligatio juris naturalis
 & divini, sit subjecta Ecclesiæ, Deus dedit potesta-
 tem Ecclesiæ in casu utilitatis vel necessitatis remitten-
 di vel commutandi obligationem propriâ voluntate
 contractam, quod est indirectè dispensare in jure na-
 turæ. *Ad 5.* Ecclesia irritando matrimonia Clande-
 stina non mutavit jus naturæ: quamvis enim valeret
 matrimonium clandestinum de jure naturæ, quam-
 diu subsistebat contractus civilis, in quo matrimonium
 fundatur, postquam tamen Ecclesia apposuit Condi-
 tionem, sine qua contractus civilis non subsistit, non
 valet matrimonium, & sic indirectè jus naturæ muta-
 re competit non tantum Ecclesiæ, sed etiam cuivis
 Principi, qui addendo solemnitatem substantialem
 contractui facit, ut ille contractus, qui aliàs obliga-
 tionem juris naturæ induxisset, postmodum talem ob-

ligationem non inducat. *Ad 6.* Denique jure naturæ suffiunt duo testes ad faciendam plenam probationem, sed cum in aliquibus causis arduis sit conveniens, ut detur major probatio, permittit jus naturæ, ut Legislator humanus plures testes requiri declaret absque hoc, quod aliquid mutetur in jure naturæ.

DICO 3. *Quantum ad illa principia communia lex naturalis nullo modo potest à cordibus hominum deleri in universali, deletur tamen in particulari operabili... quantum verò ad alia præcepta secundaria potest lex naturalis deleri de cordibus hominum.* S. Th. hic Q. 94. a. 6. O. Sive: licet homo rationis compos invincibiliter ignorare nequeat communia & universalia legis naturæ præcepta, illorum tamen, quæ velut conclusiones remotæ ex primis principiis per diligens studium deducuntur invincibilis ignorantia dari potest.

Probatur 1^o ex verbis S. Th. hic Q. 100. a. 1. O. *Quædam sunt in humanis actibus adeò explicata, quod statim cum modicâ consideratione possunt approbari vel reprobari per illa communia & prima principia, quædam verò sunt, ad quorum judicium requiritur, multa consideratio diversarum circumstantiarum, quas considerare diligenter non est cujuslibet sed sapientum, sicut considerare particulares conclusiones scientiarum non pertinet ad omnes, sed ad solos Philosophos.*

Probatur 2^o dò ratione: sicut repugnat juri naturæ aliquid facere, quod jus naturæ prohibet, ità etiam aliquid docere esse licitum, quod reverà est illicitum: magister enim per se loquendo tenetur docere doctrinam veram, & qui scienter traderet doctrinam falsam in materiâ fidei vel morum, magis noceret reipublicæ, quam qui furaretur, vel cuderet monetam adulterinam, unde Is. 5. v. 20. dicitur; *Va qui dicitis malum bonum & bonum malum*; atqui in materia juris naturæ potest invincibiliter & inculpabiliter aliquid doceri esse

DE LEGE
le licitum, c
nt contrariæ c
tia maximos i
saria; sic D.
cator statim
copia Confess
Bonaventura
Th. docet jud
ndemandum
um, quamvis
; Scotus & c
esse obligatu
in his sequitur
positivi sive d
liquidem ce
libatem scitu
ur, quibus C
silitatem neg
Q. 10. a. 1.
locutus fu
Obi. 1. Nullu
ssibile; Deus
erur in aliquo
ncibilis, illud p
est impleri,
m verò, de
on posset cogn
ncibilis,
p. Nullum p
gnoscenti, ve
d non cognosc
mlecè malum &
tur, quod ser
cunque homi
cendana & imp
1. 2. Theol.

esse licitum, quod reverà est illicitum: quia plures sunt contrariæ opiniones inter DDres sanctitate & scientia maximos in materia morum etiam ad salutem necessaria; sic D. Ang. docet non esse obligationem in peccatore statim post lapsum in peccatum mortale habitâ copiâ Confessarii confitendi, econtrâ D. Seraphicus S. Bonaventura docet esse obligationem confitendi. S. Th. docet judicem esse obligatum ex jure naturæ ad condemnandum ad mortem innocentem probatum reum, quamvis privatâ scientiâ noverit esse innocentem; Scotus & alii docent ex jure naturæ judicem talem esse obligatum talem innocentem liberare.

Ex his sequitur: quod multò magis ignorantia juris positivi sive divini sive humani possit esse invincibilis: siquidem certum est, quod mysteria fidei etiam ad salutem scitu necessaria invincibiliter ab illis ignorantur, quibus Christus non est prædicatus, ideò enim infidelitatem negativam non esse peccatum docet S. Th. 2. 2. Q. 10. a. 1. ex illo Jois 15. v. 22. *Si non venissem & locutus fuisssem eis, peccatum non haberent.*

Obj. 1. Nullum præceptum juris naturalis est impossibile: Deus enim non jubet impossibilia; sed si daretur in aliquo præcepto juris naturalis ignorantia invincibilis, illud præceptum esset impossibile: quia non potest impleri, quod non potest cognosci, præceptum verò, de quo daretur ignorantia invincibilis, non posset cognosci: aliàs non esset ignorantia invincibilis.

R. Nullum præceptum juris naturalis est impossibile cognoscenti, vel saltem potenti illud cognoscere. Con. illud non cognoscenti N. ex eo, quod aliquid sit intrinsecè malum & lege naturali prohibitum, non sequitur, quod semper & in omni eventu teneatur Deus cuicumque homini etiam facienti, quod in se est, ad sciendam & implendam legem Dei communicare per

se vel per alios notitiam talis prohibitionis; ad hoc enim sæpius necessarium foret patrare miracula, & per extraordinariam providentiam supplere defectum causarum secundarum; sed sicuti Deus permittere potest, ut homo incidat in ignorantiam invincibilem facti vel particularis alicujus circumstantiæ, ex quâ ignorantia legem naturæ materialiter violet, ita etiam permittere potest, ut incidat in aliquam ignorantiam invincibilem juris naturalis: quâ existimet v.g. esse mentiendum propter bonum proximi, esse furandum malis divitiibus, ut succurratur necessitati bonorum pauperum. Ex quo tamen non sequitur, quod Deus jubeat impossibilia: quamvis enim homo laborans tali ignorantia invincibili non possit vitare violationem materialem legis naturalis, potest tamen vitare violationem formalem.

Obj. 2. Ut ignorantia sit vincibilis non requiritur, quod viribus naturæ vinci possit, sed satis est, quod viribus gratiæ per auxilium, quod Deus dat vel quod à Deo potest haberi, vinci queat, ut enim ait Trid. sess. 6. de justif. cap. XI. *Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, & facere quod possis, & petere, quod non possis, & adjuvat, ut possis.* Quia igitur per peccatum originale duplex vulnus contraximus: ignorantia & infirmitatis, utrique huic vulneri sanando necessaria est gratia Dei, quâ & cognoscere valeamus quid sit agendum & vitandum, & bonum quod novimus, faciamus, ita enim est definitum in Con. Milevitano: utrumque donum esse Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere, ut faciamus, cum igitur Deus nulli deneget auxilia sufficientia, vel, si illa deneget, id fiat ob præcedentem culpam, sequitur: omnes cognoscere posse præcepta juris naturæ, & si illa non cognoscant, id fieri ex propria illorum culpâ; cui consonat illud S. Aug. l. 2. de peccat mer. cap. 17.

No

Veluti homine
in pulsum sit, /
et infirmos
et, ne moveat
ere malo abste
tetur, suave f
al bonorum ac
et, in ipsis ut d
& Ex his sec
vincibilis quoad
is, non tamen
controversas in
documentum al
od est in se cur
beat illarum c
gens studium
tini non sunt
vincibilis eod
in operande
veritatem qu
Obj. 3. Ex hi
is promulgata
us illuminet o
andum, & ip
tamen rationi
et homini quid
& Negando
pens aut prohi
tatur homini c
vel saltem date il
tiam præcepti
eiam legem ce
nunciare notitia
et, que in suis
bet expressè:

Nolunt homines facere, quod justum est, sive quia latebat an justum sit, sive quia non delectat. . . . ignorantia igitur & infirmitas vitia sunt, quæ impediunt voluntatem, ne moveatur ad faciendum opus bonum vel ab opere malo abstinendum. Ut autem innotescat, quod latebat, suave fiat, quod non delectabat, gratia Dei est, quæ hominum adjuvat voluntates, quâ ut non adjuventur, in ipsis ut idem causa est non in Deo.

R. Ex his sequi: quod dari nequeat ignorantia invincibilis quoad conclusiones proximas primis principiis, non tamen quoad omnes conclusiones difficiles & controversas inter DDres Catholicos: quia non est fundamentum asserendi, quod Deus homini facienti, quod est in se cum auxiliis ordinariis gratiæ manifestare debeat illarum conclusionum veritatem, quam post diligens studium & fusas ad Deum preces DDres sanctissimi non sunt assecuti, ideò harum ignorantia erit invincibilis eodem modo in illo, qui quærit veritatem in operando, sicut invincibilis est in Doctore, qui veritatem quærit in docendo.

Obj. 3. Ex his sequitur: legem naturalem non esse satis promulgatam, quod videtur esse absurdum: cum Deus illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum, & ipsa lex naturalis definiatur: quod sit dictamen rationis à Deo nobis inditum, quo ostenditur homini quid prosequendum, quid fugiendum.

R. Negando sequelam. quamvis enim Deus præcipiens aut prohibens aliquid formaliter & explicitè teneatur homini communicare notitiam illius præcepti vel saltem dare illi principia, per quæ possit obtinere notitiam præcepti, sicut Legislator tenetur promulgare suam legem communitati, non tamen tenetur communicare notitiam omnium conclusionum particularium, quæ in suis principiis continentur. Sic Deus prohibet expressè: nemini inferre damnum, & hujus præ-

cepti notitiam omnibus usus rationis capacibus instillat & imprimit; ex hoc Principio quamvis inferatur hæc conclusio: talis contractus est illicitus; quia tamen hæc illatio non est clara & facilis, sed difficilis & obscura etiam apud doctos, non tenetur Deus omnibus deliberantibus de exercendo tali contractu notitiam veram communicare, quamvis id faciant, quod cum auxilio Dei possunt: cum enim Deus voluerit homines ignorantes gubernare per doctos, & aliunde voluerit permittere, quod plures res essent sub lite & disputatione inter DDres Catholicos, quod probi & sapientes post accuratam plurium quæstionum examinationem sine ullâ suâ culpa aliquando traderent doctrinam falsam, & legi divinæ contrariam; hoc ipso voluit consequenter permittere, ut homines timorati possent sine suâ culpâ sequi falsam illam doctrinam, quam bonâ fide putarent esse veram.

Obj. 4. Omne procedens ex ignorantia, quod imputatur ad culpam, fit ex ignorantia vincibili & consequente, aliâs non imputaretur ad culpam; atqui quidquid fit ignoranter contra legem naturæ imputatur ad culpam: quia juxta principia S. Th. & S. Aug. ad peccatum sufficit, quod aliquid sit contra legem, quamvis non sit contra conscientiam; item ut aliquid sit peccatum, sufficit, quod sit voluntarium voluntate facti, quamvis non sit voluntarium voluntate peccati: quidquid verò sit contra legem naturæ, est voluntarium voluntate facti, exercetur enim liberrimè factum illud, quod intrinsicam habet turpitudinem, & malum est, non ideo quia prohibitum est, sed ideo prohibitum, quia est malum, unde oppositæ sententiæ patroni hanc notabilem putant se dare differentiam inter factum, quod exercetur ex ignorantia juris positivi, & consequenter ex ignorantia facti, & factum quod exercetur ex ignorantia juris naturalis, & consequenter ex ignorantia

DE LEG
 nia peccati;
 us non sit in
 ens, & ideo
 ignoretur pro
 erit (sec
 rarius, cur
 nam cogiti
 peccato pravitat
 dici debet
 le, sive in in
 nia facti opu
 ra operans non
 exemplum: e
 um, non cog
 tate facti nec
 nec ratione
 insecè malum
 vertat; at qu
 us malum fac
 chendat rati
 erito illam co
 rificam actus
 do, ac proinc
 tum secundum
 peccatum: ope
 riper se malæ:
 verit se adult
 leret, quod o
 imarium adve
 Quod fit
 notatam est vo
 Quod fit co
 tam est volunt
 Ut autem aliqui
 & Th. debet oy

rantia peccati; quod actus solo jure positivo prohibitus non sit intrinsecè malus, sed de se licitus & indifferens, & ideò solum malus, quia prohibitus, unde, si ignoretur prohibitio, tunc actus v.g. comestionis carniū erit secundum rationem peccati prorsus involuntarius, cum enim ignorantia juris positivi tollat omnem cognitionem prohibitionis, nil relinquit in objecto pravitatis, proinde opus v.g. comestio carniū dici debet licita, cum nihil habeat malitiæ sive in se, sive in intentione operantis; similiter in ignorantia facti opus malum prorsus est involuntarium; quia operans non habet cognitionem rei per se malæ; sit exemplum: qui interficit filium putans se occidere feram, non cognoscit occisionem filii, unde nec voluntate facti nec voluntate peccati vult opus pravum, cum nec rationem specificam; hoc est opus, quod est intrinsecè malum; nec rationem genericam peccati advertat; at qui ex ignorantia juris naturæ aliquod opus malum facit, quamvis in actu signato non apprehendat rationem genericam peccati, in actu tamen exercito illam cognoscit, quia apprehendit rationem specificam actus, cui intrinseca & essentialis est turpitudine, ac proinde opus illud est indirectè voluntarium etiam secundum illam rationem, secundum quam est peccatum: operans enim non est privatus cognitione rei per se malæ: ut adulter, nisi sit ebrius vel insanus, advertit se adulterium committere, quamvis non consideret, quod opus illud adversetur legi naturæ, hoc primarium adversæ partis est fundamentum, ad quod

R. Quod fit contra legem naturæ invincibiliter ignoratam est voluntarium voluntate facti peccaminosi
N. Quod fit contra legem naturæ vincibiliter ignoratam est voluntarium voluntate facti & peccati
Con. Ut autem aliquid sit peccatum juxtà principia SS. Aug. & Th. debet opus non tantum esse voluntarium volun-

rate facti sed etiam voluntate vel formali vel virtuali vel interpretativâ peccati sive facti peccaminosi. Ut patet ex verbis S. Th. Q. 3. de malo a. 8. O. *Si in eodem actu aliquid sit ignoratum & aliquid scitum, Potest esse voluntarium quantum ad id, quod est scitum, semper tamen est involuntarium quantum ad id, quod est ignoratum, sive ignoretur deformitas actus, puta cum aliquis nescit fornicationem esse peccatum, voluntariè quidem facit fornicationem sed non voluntariè facit peccatum; sive ignoretur circumstantia actus, sicut cum aliquis accedit ad mulierem, quam credit esse suam, consonat S. Aug. de lib. arb. l. 3. cap. 18. An tanta fallacia est, ut cavere omnino non possit? si ita est, nulla peccata sunt, quis enim peccat in eo, quod nullo modo cavere potest. ibid. cap. 19. Non tibi deputatur ad culpam, quod invitus ignoras, sed quod negligis quaerere, quod ignoras.*

Obj. 5. Plura loca S. Aug. & S. Th. in quibus hi Ss. DD. absolutè videntur docere nunquam ignorantiam in jure naturæ excusare. ad quæ.

R. Generaliter quod exponi debeant vel de peccato materiali vel de ignorantia vincibili vel de ignorantia invincibili non absolutè sed respectivè hic & nunc; vel clariùs de ignorantia, quæ jam proximè sit invincibilis, quia secundum statum, in quo de facto ignorans est, eam deponere non potest, at tamen est orta ex causâ voluntariâ & culpabili, ut propterea, ea quæ sequuntur, sint peccata & imputabilia.

Obj. 6. Plura loca ex Jure Canonico ut R. J. 13. in 6. *Ignorantia facti non juris excusat.* in Can. in lectum 6. *Caus. XXXIV. Q. 1.* pœnitentia injungitur cuidam, qui ex ignorantia invincibili cognoverat sororem uxoris. In cap. continebatur 8. de hom. Diaconus punitur propter homicidium inadvertenter commissum.

DE LEGE
Ad 1. R. J.
quo præsumitur
orari, ceteri te
apud omnes
foro externo:
particularibus illi

QU

De lege

Præter ea, qua
sequente
DICO I. Part
rationem
aliis con
legis S. Th. hi
Conclusio patet
sufficenter
quibus su
tanquam for
gantis; quia c
toram commu
igationem indu
posita & denur
sive in loco p
solemniter in
aut in conci
publicè commu
scentes & scient
non obligat sing
obligare,
communitati sit pr
unitati lex fertu
Porro pro dive
requiruntur pr
Nam imò. Si

R. Ad I. R. J. intelligenda est pro foro externo, in quo præsumitur Jus, cum sciri debeat, vincibiliter ignorari, cæteri textus, cum agant de ignorantia facti, quæ apud omnes excusat, similiter sunt intelligendi pro foro externo: quia præsumebatur ignorantia facti in particularibus istis casibus fuisse vincibilis.

Q U Æ S T I O I V.

De lege humanâ ejusque materiâ.

PRÆTER ea, quæ de lege humanâ partim dicta partim sequente disput. dicenda sunt.

DICO I. *Particulares dispositiones adinventæ secundum rationem humanam dicuntur leges humane observatis aliis conditionibus, quæ pertinent ad rationem legis S. Th. hic Q. 91. a. 3. O.*

Conclusio patet ex iis quæ dicta sunt Disp. XVIII. in quâ sufficienter expositæ sunt conditiones legis ex S. Isidoro; quibus subsistentibus lex humana promulgatione tanquam formâ substantiali constituitur in ratione obligantis: quia cum lex humana sit præceptum obligans totam communitatem, non potest vim habere & obligationem inducere, nisi publicè communitati sit proposita & denunciata sive voce præconis proclametur, sive in loco publico affigatur; quare etsi lex fuit edita solemniter in publico consilio Regis vel Senatorum, aut in concilio œcumenico, si tamen non fuerit publicè communitati proposita, non obligat etiam præsentem & scientem legem in Concilio editam: quia lex non obligat singulos, antequam possit communitatem obligare, adeoque antequam publico modo communitati sit proposita, non enim singulis, sed communitati lex fertur.

Porrò pro diversitate legum diversæ ad valorem legis requiruntur promulgationes.

Nam 1. Si Legislator expressit locum, in quo

debeat fieri legis promulgatio vel certum tempus determinavit, à quo velit legem suam obligare, constitutio siue civilis, siue Ecclesiastica non nisi post promulgationem in loco præscripto factam & lapsum tempus obligare incipit: exemplum habemus in Concilio Trid. de reform. Matr. cap. 1. ubi declarat decretum irritans matrimonia clandestina non habere vim nisi promulgatum sit in singulis Parochiis & post 30 dies à die primæ promulgationis in eadem Parochiâ factæ numerandos.

2dò. Si Legislatores nullum locum promulgationis vel tempus obligationis exprimat, tunc leges, si civiles & cæsareæ sint, non habent prius vim obligandi nisi elapsis duobus mensibus post promulgationem in singulis provinciis factam ut habetur in Auth. ut factæ novæ constitutiones &c. Collat. 5. Novell. 66. ubi licet agatur de solis constitutionibus testamentariis, id tamen ex communi doctrinâ Legistarum & praxi ad quascunque constitutiones Imperatorias extenditur. Si leges sint Pontificiæ, statim ac in Curia Romana sunt promulgatæ, incipiunt obligare: quia non plus ex naturâ rei ad promulgationem requiritur, quam quod lex sit proposita in loco celebri, ubi ad aliorum notitiam pervenire possit: exempla sunt: Bulla cænæ obligat, licet Romæ solum promulgetur; & curia Romana iudicat contra quoscunque juxta constitutiones Romæ promulgatas licet in partibus non sint publicatæ. Dixi autem: *statim obligant*: quia quantum est ex se ubicunque terrarum vim obligandi habent, ita ut reipsâ statim obligent præsentem & vicinos, absentes verò remotos post tempus moraliter necessarium & sufficiens, ut lex promulgata in notitiam illorum devenire possit spectatâ distantiam locorum.

3tiò. Constitutiones, quas inferiores Principes tam Ecclesiastici: ut Episcopi, quam sæculares: ut Du-

DE LEGE
vel civitates fer
statim obligat
promulgatione faci
se secundum me
primatur. Rati
modo ex natura r
in precipuo
re totum reliqu
at, possunt tota
no. Non tantu
si irritent aliq
iure divino &
nate & benigna
ent, quam si ir
promulgatæ au
no est: quia ali
est bono comm
in detrimentum
in circa sciente
quintur leges in
a religiosam & f
tam habet pot
statim post
statim habent, n
andi modo coll
ad legis humana
noem populi,
non recepta ali
venit, videl. c
legare Legislatores,
ad irrationabile s
est, usque dur
obligationem vel li
inter & urgeat
nate à subditis p

ees vel civitates ferunt pro uno tantum populo vel Dice-
 celi statim obligant ac promulgatæ sunt unicâ solenni
 promulgatione factâ in curiâ Principis vel Ecclesiâ ma-
 trice secundum morem patriæ, nisi aliud in ipsâ lege
 exprimat. Ratio est: quia leges censentur obligare,
 quando ex natura rei possunt obligare, quamprimum
 autem in præcipuo loco sunt promulgatæ, ex quo faci-
 lè per totum reliquum territorium eorum notitia evul-
 gatur, possunt totam civitatem obligare.

4to. Non tantum leges Cæsareæ sed etiam Pontifi-
 ciæ; si irritent aliquem contractum vel alium actum,
 qui jure divino & naturali alioquin est validus, ex
 æquitate & benignâ interpretatione non prius effectum
 habent, quam si in singulis Provinciis aut Dicecesibus
 sint promulgatæ aut saltem aliâ viâ communiter sciantur.
 Ratio est: quia alioquin hujusmodi Leges magis ob-
 starent bono communi, quam prodesse & in mul-
 torum detrimentum cederent: cum lex irritans non
 tantum circâ scientes sed etiam ignorantes vim habeat;
 excipiuntur leges irritantes circâ beneficia, professio-
 nem religiosam & similes actus, in quibus S. Pontifex
 liberam habet potestatem disponendi & dispensandi:
 hæ enim statim post promulgationem in Curiâ Romanâ
 effectum habent, nisi aliud exprimat aut ex consuetu
 irritandi modo colligatur.

Ad legis humanæ obligationem non requiri accep-
 tionem populi, jam supra dictum est, quod verò
 lege non recepta aliquando non peccent subditi aliunde
 provenit, videl. quod vel tacitè, vel expressè nolit
 obligare Legislator, hinc si lex videatur continere ali-
 quod irrationabile gravamen, actus executio suspendi
 potest, usque dum Legislator desuper informetur &
 obligationem vel limitet vel repetat, si autem Legisla-
 tor instet & urgeat legem suam recipi non obstante gra-
 vamine à subditis proposito, nec iniquitas legis sit ma-

nifesta, parendum est legi: sæpè enim homines inveteratas corruptelas & malas consuetudines difficulter relinquunt, non tamen propterea à Principe subditis indulgendum est, si aliud pro utilitate reipublicæ judicaverit expedire. Deinde si lex dissimulante Legislatore non fuit observata, tandem obligare desinit; cum hoc tamen notabili discrimine, quando Princeps scit legem non esse receptam à majore parte populi & dissimulat, nec contradicit statim, cum possit, statim censetur legem tacitè revocare tanquam subditis difficilem & incommodam; at si Princeps ignorat legem non esse receptam, requiritur majus tempus pro abrogatione legis: tantum nimirum, quantum prudentum judicio sufficit, ut censetur lex lata populo inutilis, & consequenter justè præsumatur virtualiter & tacitè à Principe revocata. Demum si major pars communitatis de facto legem non servet vel recipiat, alii licitè poterunt se majori parti communitatis conformare, etsi tempus sufficiens ad abrogandam Legem nondum intercesserit: quia non videtur Princeps velle obligare paucos, quando plerique Legem non servant, nam Lex, cum sit commune præceptum, communiter servari debet.

DICO 2. *De ratione legis humana est, quod sit directiva humanorum actuum: & secundum hoc secundum diversa, de quibus leges feruntur, distinguuntur leges S. Th. hic Q 95. a. 4. O.* Sive materia legis humanæ sunt actus humani, quos lex præcipere, prohibere, punire, permittere potest.

Ratio est: quia materia regulæ dirigentis est illud, quod per regulam ab extremis ad medium reducibile est, lex autem humana est regula dirigens, & actus ab homine liberè elicti sunt ab extremis ad medium reducibiles, quia possunt bene vel malè elici unde i. lege humanâ præcipi possunt omnes actiones possibles

&

DE LEGE
honestæ, poss
est ad impossib
justitiæ, led
cretes: quia t
nunt ad bonu
aliquam ho
commoda fra
difficiles ab
actus confi
Prohiberi p
rei malæ at
tantum bono
mes; sic enim
bona & hone
veri judicia sa
autem lex hun
est numerus im
delicta lex hurr
moraliter possi
tatis abstinere
num spirituale
o minora delict
Puniri possi
etiam juridica
delicta justam or
ad exigat bonu
eres sint, ne ali
tionem fiat; co
ordinariâ sed
cipiuntur gravit
cuno penâ ordit
De actibus men
sufficientiam dir
tam; quia cur

& honestæ, possibiles quidem: quia nemo obligari potest ad impossibile; honestæ scilicet non tantum honestate justitiæ, sed cujuscunque virtutis imò etiam indifferentes: quia tales actiones, quatenus per legem diriguntur ad bonum commune reipublicæ, eo ipso participant aliquam honestatem: cum autem lex debeat esse accommodata fragilitati humanæ, actiones virtuosæ valdè difficiles absolutè & omnibus præcipi nequeunt; ut sunt actus consiliorum Evangelicorum.

2. Prohiberi possunt omnes actiones non tantum ex natura rei malæ aut indifferentes, sed etiam honestæ, in quantum bono publico aut certo fini sunt inconvenientes; sic enim licet exercere judicia sæcularia sit res de se bona & honesta, prohibentur tamen ab Ecclesiâ exerceri judicia sæcularia diebus festis & in Ecclesia; quia autem lex humana fertur communitati, in quâ major est numerus imperfectorum, ideo nonnisi graviora delicta lex humana prohibere solet, à quibus scilicet moraliter possibile est majorem saltem partem communitatis abstinere, præsertim, quæ scandalum vel damnum spirituale aut temporale adferre possent, alia verò minora delicta dissimulantur.

3. Puniri possunt delicta non tantum Theologica sed etiam juridica & publica contra quamcunque reipublicæ justam ordinationem perpetrata. Ratio est; quia id exigit bonum commune, ut subditi eò diligentiores sint, ne aliquid contra justam reipublicæ ordinationem fiat; conatus opere non secuto regulariter non ordinariâ sed arbitrariâ & mitiori pœnâ punitur; excipiuntur gravissima delicta, quæ effectu etiam non secuto pœnâ ordinariâ sæpe coercentur.

De actibus merè internis est difficultas an per legem Ecclesiasticam directè præcipi possint; Dixi Ecclesiasticam; quia cum lex civilis ordinetur ad tranquillita-

tem & felicitatem naturalem communitatis, quæ in communicatione externâ consistit, de lege civili non est dubium.

DICO 3. *In his quæ pertinent ad interiorem motum voluntatis, homo non tenetur homini obedire* S. Th. 2.2. Q. 104. a. 5. O. sive: lex humana non potest directè præcipere vel prohibere actum merè internum.

Probat: quia licet forte potuerit Christus Ecclesiæ potestatem dare obligandi ad actus merè internos, cum ipse Christus talem potestatem certò habuerit, nec ulla sit repugnantia in Deo communicare hanc potestatem Ecclesiæ; de facto tamen eam non contulit neque Ecclesia hâc potestate est usa, quia præsumendum est Christum dedisse Ecclesiæ potestatem leges ferendi modo maximè connaturali. Atqui juxtà D. Ang. hic Q. 91. a. 4. O. Non est connaturale, ut Legislatores de illis ferat Legem, de quibus non potest judicare & cognoscere, cum posse cognoscere juxtà Philosophum sit proprietas potestatis legislativæ, quia igitur Ecclesia non potest judicare de internis, non est connaturale, ut de illis ferat leges; quamvis igitur Christus Matth. 16. dicendo: *Quodcumque ligaveris super terram &c.* dederit Petro ejusque successoribus amplissimam potestatem tam quoad actus inquam externos, id tamen factum modo proportionato & connaturali materiæ, ità, ut respectu externorum, de quibus judicare potest Ecclesia; habeat potestatem gubernativam in foro externo, respectu internorum autem habeat potestatem ministerialem & vicarialem in foro interno, quâ potestate ministeriali summus Pontifex non tuo, uti facit, dum fert Leges, sed Christi nomine absolvit à peccatis internis, imponit pœnam, dispensat in votis.

Obj. I. Potest Ecclesia ferre Leges reservantes peccata

DE LEGE
merè interna
internos.
N. consec
cata non versa
interna, sed ci
rectam, quæ
ferri vel cum
Obj. 2. Potest
solum obligat
est ferre Leges
Negando c
suo Religio
vi potestatis
minativa sive ra
obligavit ad
obtinendam
Obj. 3. Ecclesi
cipit emittre
merè intern
dens conjunct
Obj. 4. Innoc
ditiones censur
tam, sed eti
autem praxis
proximu
actus purè inte
ctionis, ergo
cipit.

cata merè interna; ergo habet potestatem in actus mere internos.

R. N. consequentiam: quia istæ leges reservantes peccata non versantur immediatè & directè circa peccata interna, sed circa jurisdictionem potestati legislativæ subjectam, quæ externè datur & potest vel omninò auferri vel cum restrictione ad certa peccata conferri.

Obj. 2. Potest Prælati suo præcepto Religiosum subditum obligare ad orationem mentalem; ergo etiam potest ferre Leges de actibus purè internis.

R. Negando consequentiam: quod enim Prælati possit suo Religioso præcipere actum internum, id non fit ex vi potestatis legislativæ, sed potiùs ex potestate dominativâ sive ratione voti obedientiæ, quo Religiosus se obligavit ad acceptanda mandata Prælati in Ordine ad obtinendam perfectionem.

Obj. 3. Ecclesia suscipientibus Ordinem sacrum præcipit emittere votum Castitatis, quod votum est actus merè internus, & cum sit sacris Ordinibus per accidens conjunctum & ab illis separabile, directè præcipitur.

R. Ecclesiam tantum declarare se nolle conferre ordines sacros, nisi sub conditione voti interni, quam conditionem illi, qui ordinantur ita acceptant, ut exterius in actu exercito voveant eo ipso, quo ordines suscipiunt.

Obj. 4. Innoc. XI. in decreto, in quo plures propositiones censuravit, non tantum prohibuit doctrinam, sed etiam praxin illarum propositionum, jam autem praxis propositionis 10. quâ dicitur: *non tenemur proximum diligere actu interno & formali*: est actus purè internus, quia est omisio actus interni dilectionis, ergo Ecclesia de facto actum purè internum præcipit.

XXI.
nitatis, quæ in
lege civili non
riorum motum
obedire S. Th.
ana non potest
in merè inter-
Christus Eccle-
s merè internos,
rro habuerit, nec
ite hanc potesta-
contulit neque
esumendum est
ges ferendi mo-
Ang. hic Q.
egislator de illis
iudicare & cog-
Philosophum in
a igitur Ecclesi-
est connaturalis,
Christus Manu,
super terram etc.
amplissimam po-
ternos, id tamen
innaturali matre-
ibus iudicare pot-
ativam in foro
habeat potestatem
interno, quia p-
ex non suo, un-
ti nomine ablati-
nam, dispensat
ges reservantes p-

R. Negando conseq. quia Ecclesia directè non prohibet praxin talis propositionis, sed eo ipso, quo Ecclesia declarat talem propositionem falsam & juri naturæ repugnantem esse, praxis illius propositionis est illicita, nec Ecclesia mandat diligendum esse proximum actu interno, ideo *que* qui præcisè omittit proximum diligere actu interno, non facit contrà præceptum Ecclesiæ, sed Ecclesia prohibet sub pœna excommunicationis, docere, non esse obligationem amandi actu interno proximum, prohibet autem hanc doctrinam practicari; ideoque qui non diligeret proximum propter hanc doctrinam, quæ dicit non esse obligationem diligendi proximum faceret contrà decretum Ecclesiæ deducendo doctrinam damnatam in praxin, quod est prohibitum eo ipso, quo censurata est Doctrina.

Dixi suprâ: *directè*: potest enim lex humana indirectè & concomitanter præcipere actus internos necessarios, tum, ut actus externus physicè fiat, tum, ut fiat moraliter sive libere & humano modo.

Ratio 1^{mi} est; quia potestas, quæ potest præcipere actum externum etiam potest præcipere necessaria ad actum externum; atqui actus interni sunt necessarii ad ponendum actum externum, v.g. ut externè audiam sacrum, necessarius est actus internus voluntatis, quo velim audire sacrum; ergo Ecclesia præcipiendo auditionem sacri indirectè præcipit voluntatem audiendi sacrum. Ratio 2^{di} est; quia humana potestas legislativa est essentialiter directiva hominis quâ homo est; ergo potest præcipere actiones humanas, quâ humanas & liberas; ergo indirectè præcipere potest actus internos, qui necessarii sunt ad actiones humanas quâ tales.

Ex his sequitur 1. quod Ecclesia possit indirectè præcipere actus internos, qui necessariò requiruntur, ut
actus

DE LEGE ÆT
 actus externus constit
 Ecclesia in cap. dolent
 Clericis orationem
 mentio laudandi Deu
 vocalis lit oratio &
 studium vel exerc
 mentio de se est ind
 mentio laudandi De
 Ecclesia potest præ
 orationem v
 iudicium; atqui ad
 actus interni
 potestatis Ecclesi
 conducunt actu
 se posse extend
 actus est ministerial
 orationem; quæ hoc
 orationes ab Alex. V
 orationem nullam, sai
 orationem, XI 55. Præcep
 orationem Domini
 sequitur 2. Quod,
 indirectè actus interno
 actus interno
 actus interno in specie a
 actus interno potest indirectè
 actus interno in certâ specie
 actus interno §. 4. ubi exc
 actus interno vel avaritiâ inqu
 actus interno & consequenter su
 actus interno prohibetur odii
 actus interno omisso externa
 actus interno Monach. excot
 actus interno ad curias principu
 actus interno actus interno, ubi internu
 actus interno actus interno accessio a
 actus interno prohibetur.

actus externus constituatur in specie certæ virtutis: v.g. Ecclesia in cap. dolentes 9. de celebrat. missar. præcipit Clericis orationem vocalem, ad quam requiritur intentio laudandi Deum; ad hoc, ut recitatio orationis vocalis sit oratio & actus Religionis externus, & non studium vel exercitium memoriae, ad quod pronuntiatio de se est indifferens, requiritur in oratione intentio laudandi Deum. Cujus ulterior ratio est: quia Ecclesia potest præcipere actus virtutum quæ tales: ut veram orationem vocalem, verum votum, verum sacrificium; atqui ad veros harum virtutum actus requiruntur actus interni; ergo. Cum igitur finis proprius potestatis Ecclesiasticæ sit salus animarum, ad quam conducunt actus interni, debet potestas Ecclesiastica se posse extendere ad illos actus, tum directè, quatenus est ministerialis, tum indirectè, quatenus est gubernativa; quæ hodie sunt certa post damnatas propositiones ab Alex. VII. 14. *Qui facit confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesie*, & ab Innoc. XI 55. *Præcepto communionis annua sati fit per sacrilegam Domini manducationem.*

Sequitur 2. Quod, sicut Ecclesia præcipere potest indirectè actus internos requisitos, ut actus externus constituatur in specie alicujus virtutis, ita etiam prohibere potest indirectè actum internum, qui externum constituit in certâ specie vitii: exempla sunt in Clem. 1. de hæret. §. 4. ubi excommunicantur illi, qui ex odio, favore vel avaritiâ inquisitionem contrâ hæreticos omittunt & consequenter sub pœnâ excommunicationis indirectè prohibetur odium, favor, avaritia, ex quâ sequitur omissio externæ inquisitionis. In Clem. 1. §. 5. de stat. Monach. excommunicantur Monachi accedentes ad curias principum sæcularium animo accusandi Prælatum, ubi internus animus accusandi, ex quo provenit externa accessio ad curias Principum, tam severè prohibetur.

Di-

Dices: Ecclesia non potest de his actibus internis ad opus externum requisitis cognoscere & judicare: v.g. de intentione laudandi Deum in oratione, de voluntate sese obligandi in voto &c. Ergo non potest tales actus præcipere aut prohibere.

R. Distinguendo *ant.* Non potest de his actibus secundum se cognoscere *Con.* ut conjunctis cum actibus externis *N.* Cum tales interni actus per externos satis manifestentur, ut Ecclesia de illis judicare possit, non quidem ex cognitione physicè infallibili, sed ex prudenti præsumptione: quia licet non sint necessariò cum actibus externis connexi: potest enim quis orare vocaliter & non habere intentionem laudandi Deum. Potest quis exteriùs vovère absque animo interno se obligandi; ordinariè tamen cum illis ut reverenter & seriò exteriùs exercitis junguntur, ità ut faciant unum in genere moris.

Q. 1. Quid de aliis actibus internis?

R. Non potest lex humana etiam indirectè præcipere actus internos, qui ad externos se mere concomitanter habent, ut neque ad esse physicum, neque ad esse morale specificum alicujus virtutis sint requisiti; Ratio est: quia actus indirectè præcipitur in quantum est necessarius ad actum directè præceptum; cum igitur tales actus sint merè per accidens conjuncti cum actu externo etiam spectato in esse morali, non possunt censerì indirectè præcepti per hoc, quod præcipiatur actus externus; ideoque si præcipiantur, directè cadunt sub præcepto.

Dices: Ecclesia potest punire, præcipere actum internum per accidens conjunctum cum actu externo, ut patet in sequentibus exemplis in cap. commissa 35. de elect. in 6. in pœnam fructibus pastoralibus privatur, qui Parochiale beneficium recepit cum intentione non suscipiendi Sacerdotium intrà annum; ubi in-

tentie

DE LEGE ET
non suscipiet
erè per acciden-
s conjuncta. Ec-
ere sicut certa op-
certis intentionib
non requisitis.
41. Ecclesiam
chile absque in-
annum, non fe-
tendo talem int-
non aliter Eccl-
Ecclesiasticoru
bit,
42. Dicitur: E-
tendi Thesauru
talem interior
elle non transfo
habeat certum:
2. Quid de act-
Actus externus
directè sub leg-
liberi, imò & p-
sententiam
Ecclesiasticæ; si
hereticos in loc-
legit, excomi-
quia actus extern-
ab homine, &
ità ut in foro e-
sententiam
tamen cogniti
judicari & puniri po-
in forma legis.

1. 2. Theol. Schol

sentio non suscipiendi sacerdotium, quæ punitur; est merè per accidens cum receptione beneficii Parochialis conjuncta. Ecclesia in concessione Jubilæi præscribere solet certa opera externa, quæ fieri debent cum certis intentionibus aliàs ad morale esse talium operum non requisitis.

R. ad 1. Ecclesiam privare recipientem beneficium Parochiale absque intentione suscipiendi sacerdotium intra annum, non ferendo legem de actu interno; sed requirendo talem intentionem, ut conditionem sub quâ & non aliter Ecclesia, quæ administratrix est bonorum Ecclesiasticorum fructus beneficii Parochialis distribuit.

Ad 2. Dicitur: Ecclesiam habere potestatem non concedendi Thesaurum Ecclesiasticum, nisi quis talem vel talem intentionem habeat, sicut etiam aliquis posset velle non transferre dominum elemosinæ, nisi pauper habeat certum actum internum.

Q. 2. Quid de actu externo sed occulto?

R. Actus externus quamvis occultus & clam aliis factus directè sub legem humanam cadit & præcipi, prohiberi, imò & puniri potest pœnis, saltem quæ ulteriorem sententiam non requirunt, quales sunt censuræ Ecclesiasticæ; sic qui clam hæresim est professus, libros hæreticos in locis, in quibus Bulla Cœnæ est recepta, legit, excommunicationem incurrit. Ratio est: quia actus externus per se est sensibilis & cognoscibilis ab homine, & licet forte per accidens sit occultus, ità ut in foro externo probari nequeat, & per particularem sententiam in forma judicii latam puniri; tamen cognitioni & judicio humano subjacet, ut judicari & puniri possit per sententiam generalem latam in forma legis.